



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXXVII. Ausbürgung Heinrich's Ramyn und Jakob's Blumenberg, welche in
Prenzlau gefangen saßen, vom 6. März 1332.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

nos quaslibet defensionones legitimas, si prenarrata bona super dicta proprietate et qualibet arrestacione contingent a quoquam impeti seu iuris ordine conueniri. Ne igitur super hijs a nostris subsequen-
 tibus dubium valeat in posterum suboriri, presens scriptum conferri et sigilli nostri munimine feci-
 mus communiri, presentibus honestis viris Hinrico Brant, Hinrico Straue, Hinrico Lu-
 cow, Hinrico Springintgout, Nicolao Maffow, Nicolao Gheden, Nicolao Spegel-
 berch, Johanne Grimme, tunc nostris consulibus ciuitatis. Datum anno Domini M^o. CCC^o.
 XXVIII^o, die beati Jacobi apostoli gloriosi. Quibus examinatis et sine omni suspicione compertis
 condignis dicti Johannes Perleberch supplicacionibus inclinati altaris instauracionem, fundacio-
 nem, dotacionem ac dietam proprietatis abdicacionem et iuris presentandi referuacionem auctori-
 zamus, ratificamus, approbamus et in hijs scriptis in nomine domini confirmamus, inhibentes sub pena
 anathematis, ne in redditibus, quibus prefatum altare fundatum et dotatum existit, quidquam sibi
 de cetero peccans vendicet secularis. In cuius rei euidentiam presentes literas per appensionem
 sigilli nostri iussimus communiri. Datum in castro nostro Gronenberch, Anno domini M^o. CCC^o.
 XXXI^o, XIII kalendas Augusti.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXXVII. Ausbürgung Heinrich's Ramyn und Jakob's Blumenberg, welche in Prentzlau
 gefangen saßen, vom 6. März 1332.

Nos Henninghus de Berlin, Fridericus de Ramyn, Milites, Diedericus et
 Heydenricus, Fratres Domini de Bornstedt, et Hartwicus Werdelin, coram vniuersis
 recognoscimus protestantes et manu coniuncta fideque data promissimus discretis viris dominis consu-
 libus in prentzlaw pro Henrico Ramyn et Jacobo Blumenberg, quos dicti Consules de-
 tinuerunt captivantes et pro Urkundio, quod dicitur Orveyde, quod predicti henricus et Jaco-
 bus promiserunt et iurauerunt, pro se, pro natis et non natis et pro omnibus suis amicis, quod
 nolint nec debeant per se, seu per alios contra dictos consules et Ciuitatem Printzlau et eorum
 bona agere vel venire, seu quotlibet damnum inferre, pro eo, quod detenti fuerunt. Si vero ali-
 quid damnum seu impedimentum predictis consulibus aut eorum civibus seu bonis a prefatis Hen-
 rico et Jacobo seu eorum amicis illatum fuit atque factum; Ex tunc nos predictam civitatem
 Printzlau intrabimus, inde non exeuntes, nisi de licentia consulum predictorum damno sumpto
 plenius reformata. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Anno
 Domini Millefimo trecentesimo trigesimo secundo, feria VI ante diem beati Gregorii Angelorum
 Apostolici gloriosi.

Aus einem Copialbuche.